

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6384

**Auteur(s)** : Renault de Pavilly [chevalier]

**Bénéficiaire(s)** : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1236, mai

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Donation par Renault de Pavilly au chapitre de Saint-Lô de ses bois et terres situées au Mesnil Enard.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XXXXVII, p. 367-368.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes et futuri. Quod ego Reginaldus de Pavilli miles de assensu et voluntate Clementie uxoris mee dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam et omnino reliqui viris religiosi priori et conventui Sancti Laudi rothom. pro salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum et amicorum meorum totum nemus integrale cum terra ibidem pertinente quod habebam in parrochia de Mesnillo Enardi sicuti se proportat in longum et in latum a valle Durande versus maram de Bordeni sicuti fossata se proportant que dividunt dictum nemus et terras arabiles de Mesnillo Enardi usque ad Vallem Liescelini sicuti etiam se proportat usque ad viam de Flori que iungit nemori domini Guillelmi de Semeilli militis et sicuti se proportat a dictis fossatis de Buglessart usque ad campum Heudol prout per metas interpositas est divisum. Cum omni iure et dominio quod habebam et habere poteram in dicto nemore et terra ibidem pertinente. ita quod michi et meis heredibus nichil retinui in eisdem Tenendum et possidendum iam dictis priori et conventui et eorum successoribus in puram et perpetuam elemosinam libere pacifice et quiete. Et licebit de cetero iam dictis priori et conventui et eorum successoribus de supra dicto nemore et de terra ibidem pertinente facere omnem voluntatem suam integre sicuti de sua pura et perpetua elemosina absque ullo mei de cetero et heredum meorum reclamacione et contradictione. Et ego et heredes mei tenemur de pacto iam dictis priori et conventui et eorum successoribus totum prefatum nemus cum terra ibidem pertinente et cum omni iure et dominio quod ibi habebamus et habere poteramus contra omnes gentes garantizare et ab omnibus impedimentis et exactionibus deliberare et de omnibus acquictare. quod ut ratum et stabile in perpetuum permaneat hanc presentem cartam eis feci et tradidi sigilli mei munimine confirmatam. Anno domini. millesimo. ducentesimo. tricesimo. sexto. mense maio. Testibus hujus domini Johanne de Limesi. Hugone de Autolio presbiterio. domino Guillelmo de Bodevilla. domino Guillelmo de Frontebosc. Domino Johanne de anesi. Domino Froberto de Freschienes militibus. magistro priore de Ailli. magistro Gilberto de Resbees Roberto de Mateville. Willelmo de Croismare. Luca de Clara. Thoma de Roquemont. magistro Arnulpho qui presentem cartam fecit.